



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

Propositum autem hic dicit, ne totum vocationi tribuat: sic enim contradicuntur erant & Greci & Iudai. A
 Nam si sufficeret sola vocatio, qua de causa non omnes salvi facti sunt. Propterea, inquit, non sola vo-
 catio, sed & propositum eorum qui vocantur, salutem operatum est: nec enim coacta facta est vocatio,
 neque violenta. Omnes ergo vocati sunt, sed omnes obediunt. Assentientem quoque haberet
 Theodoretum, & perpetuos Chrysoctomi asseclas Theophylactum, & Oecumenium, &
 alios nonnullos. Vocatio autem secundum propositum Dei, quod propositum ex perspe-
 ctis animæ piis desideris pendeat, quatenus cum reliquis Adamantij dogmatis cohæret,
 merito à Iansenio exploditur; nam pia desideria ab hominum sola voluntate derivat; qui-
 bus perspectis desiderijs proponat Deus ipsos vocare, tumque primum gratiam ad id op-
 portunam largiatur. Huic affine quiddam carpit in Origene Iansenius Tom. 1. libr. 8. cap.
 4. quod scilicet dixerit salutis doctrinæ præcepta Christum hominibus tradidisse, prout B
 affectos eos esse novit, fidemque sibi adhibuituros præsentit. Equidem non dubito, uti su-
 pra dixi, opinatum fuisse Origenem, ex hac prænotione motum fuisse Christum ad pri-
 mam illis gratiam impertiendam: proptereaque nullam Semipelagianò huic errori defen-
 sionem obrendimus. Sin ita sentisset Origenes, doctrina sua illos imbuisse Christum, quos
 ipsi per gratiæ suæ mere gratiæ auxilium assensuros prænoterat; vel futurum & prævi-
 sum consensum occasionem Christo impertiendæ suæ doctrinæ & gratiæ præbuisse, non ut
 præberetur promeritum fuisse; hoc est gratiam suam & doctrinam non ex futuris eorum
 meritis, sed hac consensu oblata occasione Christum fuisse largitum, magnis utique pa-
 tronis sese tueretur; puta Augustino, qui, ut habet Iansenius supra laudato loco, in Epi-
 stola 49. ad Deogratias, quat. 2. docet tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos C
 predicari doctrinam suam, quando scielat, & ubi sciebat esse qui in eam fuerant credituri: & aliquanto
 post: Quid ergo miram si tam infidelibus pleam orbem terrarum Christus prioribus seculis noverat, ut
 eii apparere, vel predicari merito nollet, quos nec verbis, nec miraculis suis credituros esse præseebat? &
 Chrysoctomo, qui Serin. 4. in Epist. ad Coloss. ad vers. 25. sic habet: ὁ θεὸς οὐκ ἀδελφῶς
 παύσα ποίησεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι σὺν ἡμῶν ἔσαν ἡ πόλις αὐτοῦ φίλος δευτερίας. καὶ τὸ τοῦ αὐτοῦ
 ἐκείνην ἔδειξεν, ἀλλὰ μὴ πάλαι. Deus enim non repente facit omnia, sed propter summam suam hu-
 manitatem sese rebus accommodat. Et hæc causa est, cur nunc advenit Servator, non olim: quod fu-
 sus differit in fine Homiliæ ejusdem: & Sedulio, qui in Roman. 8. 28. propositum illud
 Dei ibi intelligendum esse dicit, secundum quod proposuit salvare sola fide, quos præseerat creditu-
 ros. Ferri etiam posset, quod addit Origenes, non ex solâ Dei voluntate justificationem D
 nostram pendere, neque salutem de nostra penitus esse potestate sublatam; nam gratiæ
 justificationis libere consentit homo, à qua dissentire potest; & salutem æternam dissen-
 tiendo potest amittere, juxta Tridentina placita. Verum commodam omnem interpreta-
 tionem excludunt quæ apponit Origenes, non in præsentia Dei unicuique salutis causam ponit,
 sed in proposito & actibus suis excludunt & reliqua Adamantij præscripta, unde hæc proficif-
 cantur. Iure quoque Paulini loci, qui extat 1. Cor. 12. 18. proposita ab Origene, non af-
 ferta tamen ab eo, neque omnino probata explicatio, ut pote absurda & violenta refel-
 litur.

Toll. Conc.
 5 ff. 6. cap.
 5 & cau. 4

QVÆSTIO OCTAVA.

DE ASTRIS.

I. Vtrum astra animata esse, Deum cognoscere & precari, peccare posse, judicatum iri,
 ac salutem sperare & posse consequi Origenes affirmaverit. II. A multis hic arguitur:
 III. nec defensione tamen caret. IV. Viam ipsi ad id credendum straverunt antiqui. V.
 Vtrum sideribus futurorum significationem à Deo impressam putaverit. VI. An tres prio-
 res creationis dies sine Sole, Luna, & stellis non fuisse decreverit.

I. QUID Origenes de Astris senserit exploraturis, animane ea & corpore constare
 sit arbitratus, an corpora esse inanima, tumsum iteranda sunt quæ tam sæpe su-
 pra differimus: Mentis ante corpora conditas opinatum Adamantium, ac pro
 meritis in varia, variaque corpora detrusas; quasdam autem ex illis quæ non pessime sese
 gessissent, animandis Solis & Luna, aliorumque siderum corporibus, mundoque illu-
 strando ac exornando, nobili scilicet muneri fuisse præfectas. Id supra jam delibatum
 nunc eo etiam amplius probandum est. Sic habetur quidem Tomo 1. Origenis in Iohann.
 p. 17. ἡ ψυχὴ τοῦ ἡλίου ἐστὶν ἡ ψυχή. Hoc est, anima Solis, non Elia, ut inepte vertit Inter-
 pres. Libro vero 2. ἐπὶ ἀρχῶν, cap. 9. postquam animas juxta virtutes ac merita diversis